



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiæ, 1626**

I. An Dei Filius sit Patri Coæqualis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

Definitio peccati illa non est peccati venialis; sed cuiuscunq[ue] in genere: nam Peccatum dicitur analogice de & Mortali, & Veniali, quod est *venia dignum*; idque ob imperfectionem vel Operis, vel Voluntatis; ac propriè opponitur Mortali.

Quos adducit Romano-catholicos testes; iij nil dicunt aliud, quim peccatum veniale absoluere ex natura sua peccatum; non tamen ideo mortale; neque etiam flocci pendendum: eò quod multa venialia quadantenus quasi æquivalent mortali. Quominus peccati ven. definitio reiencia est, vt scepticè iubet Minister.

AD III. Specialem fidem de certitudine salutis in hac vita amathematizo, vt impie praesumtuosam; & credo, quod, Eccl. 9. *Nescit homo, verum amore an odio dignus sit.* Ac proinde tuum tibi recipere verbum: *Quæ igitur ista est Theologia Caluiniana? Quæ tua impietas?*

## AD QVÆST. XXXV.

*Quid credis cum dicas, Conceptus est de Sp. Sancto, natus ex Maria Virgine?*

I. An DEI Filius sit Patri Coequalis?

CALVINVS s[ecundu]s, pluresque Caluinistæ negant. Vide in Lutherio caluinista meo par. 1. q. 9. & 12. In Antichristo par. 1. q. 5. In Genealogia par. 1. q. 5. & 6.

MINISTER affirmit cum plerisque hodie Symmystis; Suidet & Catechismi, eti[us] verbum *Coequalis* omiserit docere idem, cum dicit *verum & eternum DEV' M Christum* Ideoque nil opus fuisse additiuncula Parochiana vocis *Coequalis Patri*. Proinde accusat malevolam, voluntariamq[ue] jesuitarum calumniam, qui nos ait, Christi diuinitatem insidiari, & à Filio auferre æqualitatem. &c. mentiuntur. Cum Bellarminus fateatur nos Arium pro heretico habere; nihilominus tamen Arianismi reos faciat vna cum pluribus.

RESPONDEO. Et ipsilli, quos in Lutherio caluinista locis citatis recito, Lutherio-caluinisti-

ani assertunt etiam Christum *verum aeternumque DEV' M esse*; negantque nihilominus, & Diuinitatem, & æqualitatem naturæ, & Distinctiōnem Personarum. &c. Quare opus erat meā ad diuiniunculā *Coequalis Patri*.

Neque malevolam voluntariamq[ue] jesuitarum esse calumniam in Caluinistas villam, patet ijsdem locis citatis; sed Vestram infandam blasphemiam.

II. An B. MARIA M' uenisse, & seruasse Perpetuam Virginitatem sit de Fide?

MOLINVS Caluinista in Harmonia par. 3. assertit: Christus natus ex Maria est cum Virginitatis iactura. Quæ alia blasphemia in Deiparam Lutherio caluinianorum, vide in meo Lutherio calu. parte I. q. 37. 38.

CATECHESIS Caluinio Heidelbergensis ait, *Virginitas Mariae: vocem Perpetua omittit: Parochus inservit:*

MINISTER, hic Antidicomarita, distinguit: Contentus cum Ecclesia Romana: 1. Quod Maria vere færit Virgo, ante, in, post Partum. 2. Quod hoc ipsum sit de fide Catholica, & articulus fiduci fundamentalis: quo negato, etiam negetur ipse Christus: ut qui non fuisset verus ille Messias, de quo Isa. 7. & Mat. 1. Ecce VIRGO concipiet. &c.

DISSENTIMVS in tribus: 1. Quod Pontificii statuunt, Virginem PERPETVAM mansisse; rito vitæ suæ interius tempore.

2. Quod Vouxit perpetuam Virginitatem: dicens Luca. *Quoniam virum non cognosco.* Bellarminus assertit, quod nunquam habuit explicitum animum consummantis matrimonium Did. Stella sic loquentem facit: *Simea Virginitatis iacturam aliquam sum passura, & promissum Votum violare; Nolo esse Mater.* &c.

3. Quod, quia dicimus Mariam perpetuisse cum aperiotione vulus, Pontificij existiment nos dicere, Mariam amansse Virginitatem carnis: quæ hæresis Iouiniani est.

I. DICIMVS ergo, sententiam de PERPETVA Virginitate non esse contra Scripturam; quin essepiam & PROBABLEM. Ac propterea & Novamiamus Heluidium, qui perinaciter assertuit, Mariam postea ex Iosepho plures liberos genuisse &c. Negamus eam sententiam esse contra fidem, & hæreticam. Vel Pontificiam esse de fide, & ad salutem creditu necessariam. Nempe; Nec Mariam post partum Iolephum a iumento virum cognouisse & ex eo statuentes cum Heluidio: Nec Post petuò Virginem permanisse, tanquam deside statuentes cum Pontificiis.